



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

13. Februarii. Plùs exquisita Prudentia cum mediocri sanctitate, quàm cum
minori prudentiâ major sanctitas. S. Ignat. vitæ l. 5. c. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

13. Februarii.

*Plus exquisita Prudentia cum mediocri
sanctitate, quam cum minori prudentia
major sanctitas. S. Ignat. vitæ l. 5. c. 10.*

TAntò minùs ignorandum, quantò
amplius est, quod curandum assump-
sisti: meliùs regit sagacitas, quàm pote-
stas, plùsque industria efficit, quàm vires
potuissent; ut bene imperes aliis, ratio im-
peret tibi.

Malè tamen prudentia dicitur, quæ a-
stutia est, hæc corrumpit, non promovet
imperium; fraudes detectæ contemptum
referunt, quæ subjectionem venabantur.

Infirmum regiminis fulcrum est simu-
latio, mima prudentiæ; quem de sincerita-
te suspectum habet subditus, paribus oc-
currere armis avert, tutaque omnia suspe-
ctâ credit. Dissimulandum sæpe, simulans
dum nunquam.

Nemo prudens, nisi bonus; sola illa
audem habet prudentia, quæ ad æternæ
sapientiæ leges disponit omnia. Humanæ
prudentiæ consilia sunt caduca. Quis tutò
imitatur arundini?